



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 32. Residentiae fautores a Cardinale Mantuano sedati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæc. XVI.  
A.C. 1562.

„rationes, quæ ad id adducebantur,  
„eo confessu indignæ viderentur, pro-  
„inde ab illis ipsis magis confirmor in  
„contraria sententia, quæ validissima,  
„atque sanctissima est, pro qua etiam  
„mori minime dubitarem: illius quo-  
„que argumenti memoriam sæpius re-  
„voco ob ingentia commoda, quæ in  
„eo animadverto, atque impatienser  
„opto, ut res a Synodo definiatur,  
„quatenus sic inciperent palam confici  
„fructus, quos ab eo facrofanco con-  
„ventu Christiana Respublica sibi pol-  
„licebatur.

### §. XXXI.

*Rossanensis Episcopus huic sententiae  
obluditatus.*

Pallav. c. I.  
num. 3.

Verum Castanea Rossanensis Episco-  
pus, qui adversam propugnabat  
sententiam, acriter de quibusdam que-  
rebatur, qui hanc quæstionem de resi-  
dentia, perinde acsi maximi momenti  
effet, agitari continuo petebant, omnes  
igitur hanc legem esse juris divini asse-  
rentes, ut id non modo gravibus ver-  
bis, sed & solidis rationibus compro-  
batum redderent, provocabat.

### §. XXXII.

*Residentiae fautores a Cardinale Man-  
tuano sedati.*

Cum



Cum Mantuanus Cardinalis hac alter-<sup>Sæcul. XVI.</sup>  
catione contendentium animos vehe-<sup>A.C. 1562.</sup>  
mentius accendi pertimesceret, Patres  
interpellans hæc effatus est: „Mirum  
„mihi videtur, quod materiam a præ-  
„senti disputatione prorsus alienam in  
„medium adducere velitis: nihilomi-  
„nus ego, & Socii mei vobis promitti-  
„mus, quod de ea agendum sit, quan-  
„do de Sacramento Ordinis examen  
„instituetur.” Hac quidem sponsione  
non omnes contenti erant Patres;  
Præsulum enim plures illum temerita-  
tis insimulabant, spargebantque, quod  
Cardinalis Mantuanus communi Lega-  
torum nomine pollicitus esset id, quod  
tamen nondum inter eos conventum  
erat: quinimo divulgabant nonnulli,  
quod ullum circa hanc quæstionem de-  
cretum fieri, Pontifex omnino recusa-  
ret: quapropter Mantuanus, ut sese  
purgaret, plures literas Romam per-  
scribere cogebatur, ex acceptis tamen  
responsis sat aperte cognoscebat, quod  
Papa hoc Mantuani consilium, ut spar-  
gebatur, minus respueret, imo faltem  
tacite ejus sponzionem approbaret.

Interea Synodi Patres in hac con-  
gregatione articulorum, qui fuerant  
propositi, examine distenti contende-  
bant, ex hisce quinque articulis de pri-  
mo nullam esse faciendam mentionem,

**Sæcul. XVI.** eoquod hic jamjam Constantiæ fuisset  
A.C. 1562. discussus. Verum Quinqueecclesiensis Episcopus opposuit, quod multa post  
 hujus Synodi decisionem ab hæreticis, cum hi ad objectiones illis propositas responderent circa hanc quæstionem fuissent innovata, ac proin consultum videretur, si rursus hoc argumentum pertractaretur, ut Ecclesiæ doctrina adhuc magis solide stabiliretur. Assentere etiam Galli, affirmantes, id ad Catholicos in fide firmandos plurimum conferre: verum Synodi Patres ad agitandam hanc quæstionem potissimum ea ex ratione adigebantur, quod hi articuli a Carolo V. Cæsare ad Synodus sub Julio III. celebratam, ut Germanis satisficeret, transmissi fuerint, & tunc illius Concilii Patres, ut discuterentur, consensissent: eapropter sanctum, ut hi quinque articuli, nullo excepto, examini subjicerentur.

§. XXXIII.  
*Carolus Vicecomes variis mandatis  
 instructus, ac Tridentum  
 a Papa decretus.*

*Pallav. l. 16. c. II. n. 9. & sep. Lett. anecdot. ou mem. hist. du* His interea gestis Carolus Vicecomes Vintomeliensis Episcopus a summo Pontifice, cui sanguine junctus erat, Roma Tridentum tanquam Sedis Apostolicæ Nuntius, ac secretioris consilii Mini-